

de Fontana civis placentini, qui dominus Albertinus fuit frater et eres pro dimidia quondam domini Jacobi de Fontana suo nomine ac procuratorio nomine dicti Johannis de Fontana iurisperiti fratris et eredis pro alia dimidio dicti quondam domini Jacobi da Fontana, nec non procuratorio nomine Gaspari, Jacobi et Baldhesari fratrum ipsius Thomayni et filiorum et heredum, pro tribus partibus dicti quondam domini Albertini, habens ab eis plenum mandatum ad infrascripta omnia et singula facienda, ut constat duobus instrumentis scriptis et completis per Baxanum Oliarium notarium placentinum ad imbreviaturam Oberti de Gymis notarii placentini a me notario visis et lectis, quibus domino Johanni et filii dicti quondam domini Albertini de Fontana tamquam heredibus et successoribus predicti quondam domini Jacobi de Fontana concessae fuerant represalie et contracambia per comune Placentinum contra comune et homines Veneciarum in personis et rebus occasione cuiusdam derobationis et damni olim illati dicto condam domino Jacobo de Fontana in partibus Aiicii siue Hermenie, per ser *Marcum Baseco* tunc capitaneum galearum comunis Veneciarum seu per ipsas galeas, quarum ipse ser Marcus capitaneus erat, ut in contextu instrumenti dictarum represaliarum et aliorum etiam instrumentorum plenius continetur.

Precio ducatorum trecentorum quinquaginta puri auri et iusti ponderis quos suo nomine et nominibus antedictis fuit contentus confessus et manifestus habuisse et recepisse ac ibidem in veritate numeratos habuit et recepit a comuni Veneciarum seu a nobilibus viris dominis *Petro Pisani*, *Andrea Baffo* et *Nicolao da Mosto* camerariis dicti comunis, solventibus, dantibus et ementibus nomine et de denariis comunis ejusdem, Renunciando exceptioni non habite non recepte et non numerate pecunie et dicti precii non soluti exceptioni doli mali, et in factum exceptionis duple deceptionis et generaliter omni alii exceptioni defensionis iuri et legum ac decretalium, auxilio que contra possent opponi; ita quod hec generalis renunciatio tantum valeat et perinde habeatur ac si de omnibus et singulis casibus legum et decretalium hic facta foret mentio specialis; fecit dicto comuni Veneciarum ac dictis dominis camerariis et mihi notario, stipulantibus et recipientibus nomine et vice ipsius comunis Veneciarum, vendicionem